

nere ad Plebani officium ita scribere, & consuetudo si-  
de illi scriptura tribuit, id quod in spē aduertit Mādōs.  
vbi supra, & secutus est Māscar. in d.concl.672. nu.17.

Secundus est casus, quando ambigitur, an liber Ple-  
bani, t̄ in quo descriptus est baptifimus alicuius probet  
illius etatem? Hic distinguendum est, quod aut agitur  
de probanda etate maiori, aut minori.

Primo casu clarum est, etatē illam maiorem conclu-  
denter probari, quia si cōstat ex ipso libro aliquē fuisse  
baptizatum anno 1554, inde sequitur hodie, quā est dies  
9. Septembris 1586, illum esse maiorem 25. annorum.

Secundo verò casu, quando scilicet agitur de proban-  
da etate minori, non sequitur concludens probatio ex  
libro baptismatis, cum non omnes certe tempore, po-  
stequam natū sunt, baptizentur, sed aliqui post bīduū,

aliqui triduum, imo & aliqui, quod turpe est, & pericu-  
losum, post decendū, sicuti ipsa experientia docet, &  
hoc quidem intelligitur, quando ageretur de probanda  
etate minori stricte, nemp̄ p̄fecto pene nativitatis. Ni-  
si in libro baptismatis scripta fuerit dies nativitatis, si-  
cūt scribi debet recte statuerunt Bononienses in lib.2.

Qualiter procedatur si super etate contendatur. §. pen.  
& si adiecerint horam esse describendam, bonum etiam  
fuerit, ut illo in loco annotavit Monterétius ex Rebuffi  
sententia, quod omissum existim̄ ob id, quod non ita  
facile fieri potest.

Ceterum si ageretur de probanda etate minori latè,  
hoc est per latas temporis distatiā, hoc fanē casu mi-  
nor ipsa etas probaretur saltem præsumptiō, cū à com-  
munitate contingentib. filii nati baptizari consueverint,

post octo, vel decem dies suā nativitatis.

57 Nona est etatis probatio, quā sit ex aspectu ipso vel  
solo iudicio iudicis, quod est pro eius arbitrio, ut scripti  
in lib.2. de arbitri iudicium, casu 117. Vel probatur testi-  
bus testimonium dicentibus, de qua nunc est agendum,  
nam, & aliqui probatur etas ex aspectu probato per te-  
stes. Hic tamē distinguere solent Doctores duos casus.

Primum casus est, quando agitur de probanda etate

58 non cognoscibili ab omnibus, eo quia t̄ modicus adeſt  
excessus. Hoc in casu etas per hunc aspectum testib, non  
probatur, sed à iudice ipso fit hoc iudicium, an is as-  
pectus indicit illum esse tanta etatis. Ita Bart. in l. de etate.  
nu.9. vers. nunc ad propotum. ff. de min. 25. annis.  
& idem in cons.92. nu.3. lib.1. Cum dixit, illud testimoniū  
de aspectu esse inuidū, inane, & fragile, cū so-  
lus iudicari id possit. ita etiam Bald. in l. solam.  
num. 12. C. de testib. Alex. cons. 29. nu. 5. lib. 7. Bertran.  
cons. 2. num. 4. lib. 3. Mando. ad regulam cancellariae  
18. q. 5. in fin. & Mascard. in lib.2. de probationibus co-  
clus. 667. nu. 11. qui alios nonnullos recenset.

59 Primō ea rōne, q̄ testis t̄ det ferre testimoniuū de his,  
que p̄cipit sensu corporeo, & nō sensu animi. l. testō. in  
fi. ff. de testam. l. 1. in prin. ff. de his que in testi. delentur,  
& t̄testim. C. de testib. & tradunt Inn. & ceteri in c. cū  
cām. de testib. est aut certum in hominis sensum nō ca-  
dere cognitionem etatis per aspectum hunc, sed versatur  
in iudicio intellectus peritorū ergo testes ij probat,  
sed relinquit ipsis per us, quibus iudex committit.  
iuxta l. 1. §. 1. ff. de ventre inspicien. & l. comparationes.  
C. de fide instrum. & l. mel. C. de re militi. lib. 12.

Scđō accedit, q̄ testis t̄ det ferre testimoniuū de his, quē  
60 p̄cipit sensu corporeo, t̄cū aliquo t̄ iudicio in-  
tellectus, & declarat Bart. hic nu. 8. vers. tem p̄mittit.  
qui exēpli adfert in pubere, qui eti sensu aliquid p-  
cipiat, & cognoscat, att̄n nō percipit iudicio intellectus,  
quia quidquid videt ignorat. l. 3. §. legge Iulia. ff. de testi-  
bus. & l. 1. C. de fallā moneta. & scripti lib.2. de arbitri.  
iudicium, casu 329. nu. 1. Atqui fieri potest quod si ad-  
mitteretur testimonium super hac etate, recipierentur  
multi ignari, qui eti corporeum sensum habeant, atta-

mē carēt intellectu, vt sunt rustici, mulieres, & his simi-  
les qui tamē alias ferre possunt testimonium, ergo &c.

61 Tertiō confert, quod facile quis ex t̄ aspectu decipi-  
tur, l. 2. §. si à pupillo. vbi Bart. ff. de vscap. pro empto-  
re. & l. pricipiant. vbi gl. ff. de ed. l. edicto. & hac ratio-  
ne vbi sunt Bart. in cons. 92. nu. 3. lib. 1. & Alex. in consil.  
29. nu. 9. lib. 7. & Bal. in l. cum te. nu. 2. C. de probat.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando testis  
etiam non interrogatus redderet rationem sui dicti. ita  
declarat Sapia hic nu. 40. ver. secundū limit. ea ratione  
motus est, quod testis deponens de his, quā solo iudi-  
cio intellectus t̄ percipiuntur, probat si non interrogatu-  
sus reddit rationē, vt tradunt Bart. in l. de minore. §. tor-  
menta. nu. 16. ff. de quāst. Alex. in consil. 29. lib. 4. Gram. in  
consil. 42. nu. 9. in criminalibus.

63 Secundus est casus, quādo agitur t̄ de probanda etate  
communiter cognoscibili, vtp̄puta quādo adeo est ma-  
gnum excessus, vt probabilit̄ vñusquisque facile posset  
iudicare illum esse, vel non esse tantē etatis, hoc fanē ca-  
su testis, qui de aspectu deposit probat. ita Bart. in dict.  
l. de etate. nu. 9. & 10. & in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad-  
mod. testam. aper. Sapia nu. 42. Ale. in consil. 29. nu. 5. lib.  
7. Sfortia Oddo de restit. in integr. q. 37. nu. 100. & Ma-  
scar. in d. conclus. 667. nu. 27. scripsi tñ in lib. 2. de arbi-  
trarijs iudicium, casu 117. versari in his iudicis arbitrium.  
Primō, ex l. cum de etate, ff. de probat. considerando  
eam ut paulo infra considerat Bart. sed mea quidē op-  
tionē, nō loquitur ille tex. de probatione etatis p̄spē-  
ctu, sed per scripturas nativitatis, qui professions ibi  
appellantur. & in l. 1. §. etas. ff. de excus. tut. appellatur  
scriptura nativitatis. De qua, & apud Iuriscons. in l. vi-  
tia. l. etatē. & l. forma. ff. de censib. & sensit Imperator  
in l. nudis. C. de probat. Qua autem ratione, & causa h̄c  
atatum professions fierent, ex planau supra.

Secundō accedit, q̄ eti cognitio h̄c versetur in in-  
tellectu, attamen cognoscibilis est ex cōi hominum op-  
tionē. Atqui de his quā ita cognoscibilia sunt redditi  
potest per aspectum. Ergo de his ferri potest testimoniū  
redditi rationem per aspectum. Illa minor pro-  
batur in l. pediculis. §. Neratius. & l. si quando. ff. de au-  
to. & argen. leg. vbi ex visu, & aspectu vasa cognosci pos-  
sunt an sint electri, vel argenti. ita in l. 1. C. de canone  
frum. vrbis Romæ. lib. 10. vbi ex aspectu cognoscitur an  
merces vect̄a vitiōsae sint vel non. Ita per aspectum quar-  
64 litas corporis t̄ apta ad contrahendū matrimonium, &  
generandū cognoscitur. c. puberes. de despō. impō.  
ita vītū, & morbus oculorū, quibus reiſcitur clericus  
a sacerdotio, ex aspectu cognoscitur. c. si forte. de elec.  
in 6. & c. constitutionem. de verb. sign. in 6.

65 Tertiō confert, q̄ h̄c cognitio non in solo iudicio in-  
tellectus, sed etiā in consentiu corporis posita est, ergo de  
his ferri p̄t testimonium. Ita Bart. in l. quid tamen. §. si  
arbiter. nu. 3. ff. de recep. arbit. cum dixit, q̄ testis depo-  
nens Titium iam sunt decem anni possidere. &c. probat  
quia deponit de sensu intellectus, cum retulit se ad t̄ps.  
& de sensu corporeo, cum dixit de actu ipso possidendi.  
Alex. in consil. 147. col. pen. nu. 17. lib. 2. qui eiusdem sen-  
tentie multos commemorat. Idem respondit Soc. Sen. in  
consil. 143. col. 3. nu. 6. l. b. 1. & egregie Dec. in consil. 272.  
nu. 2. qui secutus est Bart. in hac disputatione nostra.

Ceterum hic dubitari contingit, quomodo cognosci  
possit t̄ excessus iste magnus, vel modicus. Bart. in d. l. de  
etate. nu. 10. ff. de mino. egregiam attulit declaratio-  
nem. Et illud primum affirmat, quod quādo quis est mi-  
nor, tanto facilius ex modo excessu cognoscitur etas.  
Quanto verò est maior, & antiquior, tanto major excessus  
requiritur. l. 1. §. de inspiciend. vel melius in §. is au-  
tem apud. ff. de ventre inspicien. dum p̄tor edixit, qđ  
vbi partus editus est, donec erit trimelitris, bis in mense  
ostendatur, à trimeltri vñq̄e ad semestre, leme in men-  
se, &

se, à semestre donec anniculus, alternis mensibus, ab an-  
no vñq; quo cōperit fari singulis sex mensibus, atas ita-  
que quo minor est, maiorem recipit mutationem. Ergo  
minus temp̄us requiritur in demonstranda ipsa etate ex  
aspectu, ex quo facilis dicitur debuisse recipere maius  
argumentum, & mutationem. Et hāc Bart. traditionem  
ac distinctionem, quam mox subsciēmus, vñi sunt pro-  
bare ceteri omnes, qui à Bart. non dissenserunt, & aperi-  
tius Bart. hac in re secuti sunt Bald. in consil. 218. testes,  
& attestations. col. 2. lib. 4. Calcan. consil. 80. Berou in  
consil. 180. nu. 4. lib. 1. Sfortia Oddo de restitutione in  
integr. quāst. 37. nu. 109. & Māscar. in lib. 2. de probat.  
concl. 667. nu. 30.

Excessum ita posse limitari scribit Bart. Et primō ad  
probandum infantem fuisse minoris etatis sex mesim  
testes debent deponere, quod ex aspectu videbatur triū  
mensium. Et ita descendendo sufficiunt tres menses, si  
vero volunt probare fuisse maiorem sex mensium, de-  
bent dicere, quod ex aspectu videbatur maior decem  
mensium, & ita requiruntur quatuor menses ascensio.  
Ita probat (ait Bart.) tex. in l. cum de etate. ff. de probat.  
ibi, ex quo p̄cipuum fidem in ea re constare & c. iūcis  
verbis p̄cedentibus. ibi, ex eo anno computantur. il-  
le tamen tex. ad rem non pertinet, cum loquatur, (vt di-  
ximus) de libro professionis, in quo etas fuit descripta.  
debet igitur (inquit Bart.) incipi à computatione anno-  
rum ex eo tempore, quo certum est, ipsum esse tata etatis.  
Si ergo infans videbatur minor trium mensū, ex cōi  
aspectu, absque dubio erat minor sex mensium.

Secundō ad probandum etatem anni (ait Bart.) suffi-  
cient descensiō quinque menses, ascensiō vero sex,  
modo p̄dicto.

Tertiō ad probandum etatem trienniū (inquit Bart.)  
descensiō anni decem, & octo menses.

Quarto ad probandum etatem septem annorum (ait  
Bart.) descensiō biennium, ascensiō triennium.

Quinto ad etatem duodecim annorum in feminā. &  
quatuordecim in masculo descensiō triennium, ascensiō  
quadriennium. Et hanc computationem in specie pro-  
barunt Calcan. Bertrandus, & Mascard. supra allegati.

Sextō ad etatem viginti quinque annorum descensiō  
vñq; & ascensiō quinquennium. sequitur Mascard. in di-  
cta conclusione 667. num. 32. post Bertrandum in consil.  
63. lib. 4. num. 2.

Septimō ad etatem 40. annorum descensiō, & ascensiō  
vñq; octo anni.

Octauō ad etatem 70. annorum descensiō, & ascensiō  
vñq; decem anni. Sequitur Mascard. in d. conclus. 667. nu.  
33. & idem decidit Rota Rotana referente Verallo in  
decil. 131. in decil. 311. 312. & 315. pat. 1.

Nō ad etatem supra septuagēsimū annum vñq;  
ad centesimū, descensiō, & ascensiō, 15. anni.

Hanc temporum distinctionem probat Bart. similis  
limitatione, & distinctione, quam facit Iuriscons. in l. h̄ereditatum.  
ff. ad leg. Falcid. Ceterum rectius dici potest  
eam temporum distinctionem esse longē diuersam à di-  
stinctione ista. Non enim in aliquo conueniunt, nā non  
conueniunt quo ad modum, non ēt quod ad rōnem, cū igno-  
retur qua rōne ita eo in casu distinxerit Vlpianus, sicuti  
ibi annorunt Bart. num. 1. Ang. & Alex. num. 8. & Ro-  
deric. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus. limit. 3. n.  
8. C. de inoffic. testam. qui dixerunt, ita eo in speciali ca-  
su factam fuisse distinctionem illam. Non ergo sumi pos-  
test argumentum ab ipsa rationis identitate, & quam-  
quam obscurē admodum Modernus Parisiensis in tra-  
ctat. de vñfis, nu. 475. & 476. nouam adserat rationem  
computationis huius facta in casu d. l. h̄ereditatum. qđ  
scilicet Vlpianus medium viam quodammodo sit am-  
plexus, nemp̄ quād nec hominis vita longea sit cen-  
tem annorum, iuxta l. an vñfus. & ff. de vñfus. &

Toimus Primus. N 3 conue-

l. vñq; C. de sacrosan. eccles. nec sit minor quinquaginta,  
aut sexaginta annis, & propterea medium quoddā ele-  
gitur Iuriscons. atramē nec illa casui nostro p̄t adapta-  
ri, cum illa sit respectu vitæ hominis, quod scilicet eo in  
casu præsumatur tantum posse adhuc vivere, & eligitur  
66 illa via media tanquā æquior. Cum alioqui homō pos-  
sit vivere, vel (vt alij scribunt) præsumatur vivere vñq;  
ad centesimū annum, vt tradunt gl. & Docto. in d. vñq.  
C. de sacrosan. eccles. & differemus infra lib. 6. in pra-  
sumpt. 40. Repicit itaque illa distinctione, & computatio  
præsumptionem vitæ hominis. Nostra autem disputatio  
versatur circa præsumptionem mutationis aspectus,  
67 t̄ qui indies mutatur, & in dies homo alter quodāmo-  
do efficitur, l. proponebat. ff. de jud. & egregie scribit  
Alex. & ab Alex. lib. 3. dierum Genial. cap. 1.

Rursus, sicuti illa distinctione, & computatio non con-  
uenit similibus casibus, multò minus conuenire p̄t ca-  
sui nostro longē dissimili, non enim conuenit casui, qñ  
vñfus. legatus est, vt in d. h̄ereditatum. in fin. re-  
spondit ipse Vlpianus, & tñ casus ipsi sunt similes, cum  
& vñfus. legatus est, vt in d. h̄ereditatum. in fin. re-  
spondit ipse Vlpianus, & tñ casus ipsi sunt similes, cum  
68 & vñfus. legatus est, vt in d. h̄ereditatum. in fin. re-  
spondit ipse Vlpianus, & tñ casus ipsi sunt similes, cum  
autem donator. qđ. in l. 1. si quis argentum. §. fin  
autem donator. C. de donat. vbi si quis donauit redi-  
tus, cū redditus non haberet certos, & stimatio fit vt ha-  
res præstet redditus quindecim annorum. Et licet Imo-  
la & Alex. in d. h̄ereditatum. num. 8. nec non Alberic.  
& Salic. in d. §. fin autem donator. reddant rationem di-  
uersitatis inter casum d. t̄ etatē h̄ereditatum. & dicti §. fin  
autem donator. quod. l. in casu dict. §. fin autem. facta sit  
taxatio minoris temporis fauore donatoris, quia maio-  
rem exercet liberalitatem, quam testator, qui legatū re-  
liquit, cum datio sit facta de p̄senti, legatum verò in  
futurum, nemp̄ post mortem ipsius testatoris. Nihilo  
minus hinc non sit, quin vtroque in casu habeatur ra-  
tio ad vitam hominis, & tamen diuersa est computatio.  
Ergo multò minus computatio, & distinctione d. h̄ereditatum.  
conuenire dēt casui nostro, in quo non agitur de  
vita, & morte hominis, sed de mutatione aspectus, qui  
(vt dixi) facile in dies mutatur. Esset tamen difficile à  
Bart. distinctione recedere, cum nemo eam improbet.

69 Ceterū obicitur Bart. quod legitur apud t̄ Euangeli-  
stam Ioan. cap. o. & quo dū Iudei Christo Seruatori no-  
stro dicunt, se ab Abraham vñfum fuisse, obicerunt,  
quinquaginta annos nondum habes, & Abrahā vidisti?  
Certum est (air Bart.) quōd Christus eo tempore erat  
triginta triū annorum, vel circa. Et sic errabant in aspe-  
ctu maiori tempore decem annorum, contra supra di-  
cta. Responder Bart. ex sententia Diui Thomae, & alio-  
rum Theologorum, qui mirātur, quod Iudei non dixe-  
rint, quadraginta annos nondum habes. Si ergo Theo-  
logi mirantur de Iudaorum responsione, sequitur, (ait  
Bart.) quod excessus decem annorū sufficit ad iudican-  
dum etatē ex aspectu. Et subiungit ipse Bart. qđ imo  
hic locus sūe opinioni suffragatur, quia dixerunt Iudei,  
quinquaginta annos nondum habes, quasi dixerint, nō  
videris tantē etatis ex aspectu. Non autem dixerunt Iudei  
quod tanta etatis videretur. Verum hāc Bart. cōsi-  
deratio lat̄is leuis est. Nam si ad probandum etatem, à  
viginti quinque annis vñq; ad quadraginta, sufficit ex-  
cessus ascensiō, & descensiō (vt ipse Bart. dicebat) quin-  
que annorū, iste excessus à iudāis consideratus vel

conuenit vel quinquennio, nec etiam decennio. Alij vero (inquit Bar.) scriperunt, Iudeos dicere voluisse, quinquaginta annos nondum habes, hoc est, nondum perueristi ad annum Iubilei, quo sit remissio peccatorum. Quomodo ergo dicas, te tantam habere potestatem? Ceterum expositio haec, nec vera, nec ad rem pertinet. & si enim verum est, aliquos bene eruditos sacrarum literarum interpres, sicuti Theophila & Iusseret, dixisse, quinquaginta annorum factam fuisse mentionem ob honorem anni Iubilei. Attū hæc expositione non conuenit. Cum inter Christum Seruatorē, & Iudeos non esset disputatio de potestate dimittendi peccata, sed & Christus viderit, vel non viderit Abraham, seu ab eo visus fuerit, & propter ea cum esset contentio de quantitate ætatis, absurdè nimis diceretur facta mentio anni Iubilei. Alij, ut Ireneus lib. 2. c. 40. existimarent, Dominum maiorem annis quadraginta prædicasse Euangeliū, ac ad ætatem quinquageneriam accessisse, cum illi hæc Iudei obijcerent. Quod & confirmant authoritate eorum, qui hæc le audiuisse à Ioanne prædicabant. Verum reiçit ut omnibus opinio hæc, quippe repugnat omnibus Euangelistis. Et nouè scribebant Cornelius Iasenius in commentariis ad concordiam Euangelistarum cap. 77. col. vlt. Ireneus errorē emanasse à Papia Iohannis discipulo, qui ex Apostoli verbis non satis intellectus scripsit quædam, vnde data est alij erroris ansa, inter quos Eusebius lib. 3. ecclesiastica Historia, cap. vlt. recenset Ireneum. Alij opinati sunt, esse legendum quadraginta. Sic enim legitur apud Chrysostomum, qui commenti vice adiicit, ac si iā propè accederet ad eam ætatem. Ceterum Cornelius Iasenius præcitato in loco scribit, verisimile esse scriptorum vicio quinquaginta mutantum fuisse in quadraginta, quod crederent illi, ineptè nimis obiecisse Iudeos quinquagesimum annum, cum ab eo tam longè abesset. Alij scriperunt, Iudeos existimasse Dominum seniorem fuisse quam erat, ob maturitatem, & gravitatem vultus, & ob multos labores in predicationibus, vigilij, & orationibus. Quanquidem interpretationem probare non possum, cum non affirmaretur dixerint Iudei, quinquaginta annos habes, sed negatiuè, quinquaginta annos nondum habes. Quibus sanè verbis non fatebantur Iudei, quod Dominus accederet propè ad quinquagesimum annum. Existimauit demum Iasenius in loco se pè allegato probabilissimū esse, Iudeos ea appellatione quinquaginta annorum spectasse morem sui seculi, hoc est, Iubilei, quod interdum seculi appellatur, quasi dixerint. Nondum vnum seculum impleuisti, & aedes dicere te vidisse Abraham. Verum nec interpretatione hæc cōtrouersiam dirimit, cur s. dixerint Iudei, seculū nondum impleuisti, id est, nondum ad quinquagesimum annum perueristi, cum re vera adhuc esset ætatis triginta, & paulo plus annorum. Existimauit aliqui probabilius esse, Iudeos ea verba, quinquaginta annos nondum habes, protulisse, non quod ex aspectu ætatem Domini iudicarent, sed re vera scient cum non fuisse ætatis quinquaginta annorum. Nam certum est, Dominam à Iudeis fuisse ab inueniente ipsa ætate cognitum, cum iam multis ante annos in templo cū eo disputassent. Et Iudeis ipsi notierant pater, & mater, fratres & sorores, legitur enim apud Matthæum c. 13. Marcum cap. 6. & Lucam cap. 4. aliquando seniores ipsos populicūm ipso Domino disputantes, eius doctrinam, & sapientiam admiratos, dixisse. Nonne hic est filius Joseph Fabri? nonne hic est Faber filius Mariae, frater Iacobi, & Ioseph, & Iude & Simonis? &c. Quapropter verisimile est, Iudeos sciuisse dhi ætatem, & si non ita præcisè & punctum, saltē tamen eam, qua proximè ad eam accedebat. Id quod vel ex eo etiā colligitur, cū non dixerint Iudei, quinquaginta annos nondū habere videris, quo sermone significasset, ex aspectu iudicare eū voluisse, sed dixerat, quinquaginta

annos nondum habes, pro certo & constanti habentes, Dominum quinquagesimum annum non attigisse. Ceterum, admissio, Iudeos iudicasse Domini statem ex aspectu, id vel ea ratione, & causa factum esse existimo. Nam nil magis fuit cordi ipsi Iudei, maximè senioribus populi, quam ut Dominum mendaciū conuincerent, & falsam doctrinam eum tradere. Quod vel ex eo ipso capite octavo Ioannis, manifestè colligitur, dum in initio illius capituli dixisset Dominus. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita. Dixerunt Pharisei. Tu de ipso testimonium perhibes, testimonium tuū non est verum, &c. Et paulo post dixit Dominus. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ut igitur Iudei conuincerent Dominum de mendacio, cum dixisset, Abraham vidisse diem suum, proposuerunt vnum, quod erat certum, & manifestum, quodq. ipse Dominus non negasset, nempe quod Dominus nondum impleuisset quinquaginta annos, & quod nihilominus auderet dicere vidisse Abraham, qui iam multa ante secula deceperat, quasi ita dicere voluerint Pharisei. Ecce quam falsa loqueris, negare non potes, te adhuc non impleuisse ad summū quinquaginta annos, & tamen adeo audax es, ut velis affirme, te vidisse Abraham, qui iam mille & octingentis ab hinc annis desit esse in humanis. Ita enim tantum ac plus temporis à morte Abraham ad Domini nativitatem intercessisse facilè colligitur ex supputatione temporū, quam facit Gerardus Mercator in Chronologia, dum scripsit Abraham decepisse anno 2114. à creatione mundi. Dominum verò natum fuisse anno ab eiusdem mundi creatione 3966. Mea hæc est hac de re dubia interpretatione, quam tamen Ecclesia Catholica Romana iudicio ac sententiæ libenter subiçio.

**Defensum in iudicio reum conuentum, præsumi à sanguine coniunctis, & de consanguinitatis effectu, alia nonnulla explicantur.**

#### S V M M A R I V M .

- 1 Reus habens sanguine coniunctos, vel amicos in loco iudicij, præsumitur ab ijs defensus.
- 2 Mortem occisi vleci, permisum est omnibus sanguine coniunctis.
- 3 Consanguinei, & affines prius ad tutelam, & curam admittuntur, & quando ijs præfertur vitricus.
- 4 Tutor pupilli dari debet, quem mater nominavit, nisi iusta causa impedit.
- 5 Colludere non præsumitur, qui suorum iniuriam prosequitur.
- 6 Homicidam filii sui accusans pater à præsumpta calunnia excusat.
- 7 Testium examinationem impedientibus affinibus, non præsumitur contra accusatum.

#### P R AE S V M P T. LII.

- 1 Efensus in iudicio præsumitur reus ille conuentus, t qui in loco iudicij sanguine coniunctos, vel amicos habuit, l. hæc autem, §. 1. ff. quibus ex causis in possessor, & in specie scribit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 22. num. 1. qui huius sententiæ recenset Baldum in l. 3. §. 1. si reus, ff. indicatum solu, & in rubr. C. de success. edito, qui tamen hoc non scripsit. Hinc infert idem Alciatus, quod vbi agitur de vlecienda morte focisi, admittuntur ante omnes, qui illi erant sanguine coniuncti, etiam si pauperes sunt, l. plures, vbi glos. ff. de accusat. & ibidem Ang. Hic etiam fit, vt t consanguinei & affines prius admittantur ad tutelam, & curam, ex quo præsumptio est, quod pupillum, & minorem defendens, §. ex his, in Authen. de hæc ab intestat. venientibus. Id quod

#### Liber Secundus.

quod intelligit Alciatus præcitato in loco, nisi ipse pupillus vel minor petat sibi assignari vitricum. Nam tunc is præferrut contanguineis. Ita Alber. in l. vlt. C. de contra. i. l. 2. tuta. Nisi subiungit Alciatus in d. præsum. 22. nu. 2. index cognosceret pupillum, vel adulterum ipsum petere per imprudentiam, & simplicitatem. Nam tūc (ait Alciatus) ex iusta cœla anteponere debet iudex 4 consanguineum vitrico. Ita dicimus, quod & si tutor t dari is debet pupillo, quem mater nominavit: attamen si iusta subest causa eum non dandi, iudex alterum assignabit. Qua de re scripti lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 151. Hinc etiam infert secundum Alciatum præcitata in præsumpt. 22. num. 3. colludere t non præsumi eum, qui suorum iniuriam prosequitur, l. 1. in fine, ff. de Carbonia. edito, & l. 1. C. ad legem Corn. de falsis. Et simile est quod dicimus, patrem t excusari à præsumpta calunnia, qui filii sui homicidiam accusavit, sicuti scripti lib. 2. de Arbitrariis iudicium, casu 321. nu. 25. vbi alios eiudem sententia Doctores commemorauit.

Hinc etiam infert secundum Alciatum in d. præsumpt. 7. in fin. non t præsumi contra accusatum, et si eius affines, qui defensionem suscepunt, testium examinationem impediunt. Id quod affirmavit Alciatus ex sententiâ Abbatis antiqui in c. constitutus, de testib. & Bald. in l. 1. in fin. C. si quacunque prædictus potestate.

**Testimonium fratris pro fratre reiçti ob affectionem quam lex præsumit in fratre erga fratrem, & alia nonnulla de his egregia exponuntur.**

#### S V M M A R I V M .

- 1 Fratrem à fratre diligere, legis est præsumptio.
- 2 Iniuria vni fratri illata, cœsetur illata & alteri.
- 3 Fratris testimonium in causa etiam ciuilis graui reiçitur.
- 4 Fratris testimonium in causa ciuilis leuior admitti.
- 5 Testimonium domesticorum reiçti, de quibus id intelligendum.
- 6 Frater pro fratre non est testis omni exceptione maior, & quā fidem tribuat, iudex arbitrabitur.
- 7 Iniuria illata a fratre fratri, est grauior illa, qua ab extraneo infertur.
- 8 Discordia inter fratres facile oritur.

#### P R AE S V M P T. LIII.

**C**VM superiore præsumptione actum sit de his præsumptionibus, quæ circa affines versantur, hoc in loco adjicere satis conuenit præsumptionem illam, qua dicimus, t legem præsumere quod frater fratrem diligat, atque ita affectionem erga eum habeat, c. literas, de præsumpt. Quocirca statuit lex ob hanc affectionem repellendum esse fratrem à perhibendo testimonium pro

- 2 fratre, cum causa criminalis est, ex quo iniuria t vni fratribus illata, cœsetur illata & alteri, l. lex Cornelia, ff. de iniurijs, & ad rem sic scripsit Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 23. num. 2. Idem est, quando causa est t ciuilis, grauius tñ. Nam adhuc reiçitur testimonium fratris pro fratre, sicuti præcitato in loco affirmavit idem Alciatus, & huius siñæ alios multos cōmemoranti lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 104. num. 4. Est maius dubium, quando causa ciuilis est leuius. Quia tamen in re recepta magis opinio est, t fratribus testimonii recipi. Ita Alciatus in d. præsum. 23. nu. 1. & ibidem Nicolaus Arelatanus in annot. & alios plures concessi in d. casu 104. nu. 1. Nec repugnat illa cōsideratio Alciati, quod si frater ferre non potest testimonium pro fratre, cum causa iniuriarum agitur, (vt diximus supra) ita nec quando de causa pecuniaria est contentio, cum & tunc de iniuria agatur. Is. n. infert iniuria, qui iniuste, & dolose alie-

#### Præsumpt. LIV.

num retinet, l. 2. §. circa, ff. de dolis except. Quare scribit Spec. in tit. de instrumentorū editione, §. in tunc verò aliqua, quod executores, quibus testator mandauit, vt latifaceret de omnibus iniurijs, tenentur facis facere etiā creditoribus pro debitibus, quorum dies venit. Ut confert quod decidit Guido Papa in q. 18. io fin. Conseruatores dati, vt de illatis iniurijs monasterijs cognoscant, cognoscere etiā posse contra debitores recusantes solvere, cū non satis faciendo iniuriam inferre dicantur. Hæc sane consideratio nil obstat. Nam præter id quod responderet Alciatus hanc non dici iniuriam in specie, sicuti est illa, quæ repellit fratrem, responderi etiam potest quod hoc folium posset procedere, quando debitor fratris recusaret solvere, quod manifestè debet. Quo sanè in casu necessarium non est alicuius testimonium, sed quando sumus in dubio, tunc non potest dici iniuria fratri à debitore, quia esse potest quod is debitor iniquè molestia afficiatur. Non etiam repugnat, testimonium fratris pro fratre esse domesticum testimoniū, quod à lege repellit, l. testes, ff. de testib. & l. etiam. C. eod. Quo argumento ad rem hanc vltus est Duarenus lib. 1. disput. annivers. c. 28. Nam responderi posse arbitror, domestici cum t testimonium intelligi de illo, qui in eadem domo habitat, non de omnibus, qui eiusdem sunt gentis, familiæ, & agnationis, iuxta l. respiciendum, §. 1. ff. de pœn. Non enim iure probatur, eos, qui ex agnatione & familia sunt, tanquam quod domestici sint repellendi à testimonio. Illud autem est hic obseruandum, quod illis in casibus, in quibus frater pro fratre fert testimonium, t non erit testis omni exceptione maior. Ita Bald. in l. vlt. C. de probat. Et erit arbitrariū iudici, quam fidem illi adhibeat. Spec. in tit. de teste. §. 1. & Felin. in c. literas, num. 7. vers. prædicta limita, de præsum. & in cap. cum oporteat. in 5. notab. de accusat.

Infert etiam Alciatus in d. præsumpt. 23. in fine, quod iniuria t quæ fit à fratre fratri, dicitur grauior illa, quæ ab extraneo infertur. Id quod scripti & Mars. in singula. 573. Nam frater inferens iniuriam fratri, magis lædit dilectionem, & charitatem, & attingam inf. lib. 5. in præsumpt. 15. ad fin.

Infert quoque ex prædictis Alciatus in d. præsumpt. 8. 23. in fine inter fratres t facile oriri discordiam. Nam illa magna familiaritas facilè contemptum parit. Qua etiam de re dicemus in d. præsumpt. 15. in fin.

**T**estes ad eternam rei memoriam, quando examinari possunt, è quando in fraudem examinati ab actore præsumantur.

#### S V M M A R I V M .

- 1 Testium productio aut examinatione ex parte actoris, nō est licita ante item contestatam. Quibus id tamen casibus liceat, n. 2.
- 3 Testium examinationem faciens ad eternam rei memoriam, intra annum actionem proponeat debet.
- 4 Testium examinationem ad eternam rei memoriam, precedere debet quadam summaria cognitione, nec leui de causa hac facultas concedenda est.

#### P R AE S V M P T. LIV.

**E**TSI regulari iure ante item contestatam permitta non est t testium productio, examinatione que ex parte actoris, ad eternam rei memoriam, c. quoniā frequenter, vt lite non contestat. latè Rolandus in conf. 23. num. 15. lib. 3. attamen certi sunt casus, quibus id permissum est, nempe quando t testes sunt senes, vel valetudinarij, vel peregrinè profecti sunt, diuque absente coguntur, c. quoniā frequenter, vt lite non contestat. Qua de re scripsi non nullia in lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 62. Nunc Tomus Primus.